91ᵛ

Sic per felices rex annaque pluribus annis
Coniunxere dies ~~p~~ copula digna fuit
Annam mors rapuit post hec ab principe nostro
de quo Rex doluit plurima signa docent
M duo c ter lx decesserat anno
Si ~~tibi~~ denos et quatuor annumeres
Ipsa namque die qua sanctus spiritus omnes
Discipulos docuit ipsa recessit abhinc
Ipsius in morte turbatur machina mundi
Eclipsim patitur anglia tota simul
Et quia quodque suum petit annam terra requirit
Terra pro requie dat sacer iste locus
(molmd) Tales exequie non sunt uise mel.. huius
Quando plebs orat clerus et officiat
Primates aderant bini cum presule plures
Quos numero constat sistere quinque decim
Quinquaginta viri varii dicti monachorum
abbates assunt splendida turba fuit.
addas xv quos noveris esse priores
cum reliquo clero psallere suffragia
Ex alio latere secularis et alta potestas
\#tulit affuit ob # tul ~~[illegible]~~ (chiesdently.) munera precipua
(dat) Tresque duces comites que decem quibus et dabis unum
Si placet exprimere sub brevitate potes
et de millitibus si vires noscere quot sunt
Quingentos esse publica fama refert
de reliquo wlgo non arbitror esse loquendum
Quantus erat populus dicere nemo valet.
O quam lugenda prime[illegible] culpa parentis
(vadere?) Qua quondam cives care deficiunt
Infelix gustans cuius gustu morientur.
Omnes quos radix toxica progenuit
flamma vorax mors est gladius qui vastat et omnes
Indignos digitos opprimit alto pari